UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manvale Parochorvm, Sive Institvtiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

VI. De Excommunicatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Visual Library

qui pueros, & puellas conuocant, & publicè confiteri iubent, vt ita inſtruant: ſed ſi confeſſuri ſunt, priuatim, & ad aurem excipe, & examina; tum, quos videris capaces, abſolue, ne gratiâ Sacramenti fraudentur: ſi dubitas, appone conditionem, *ſi capax ſis, & diſpoſitus.*

NVM: VI.

De indiſpoſitis propter excommunicationem.

EXcommunicatione maiori innodatos non priùs à peccatis abſolues, quàm eo vinculo abſolueris, ſi potes: alioqui remitte ad Superiorem, penès quem reſidet ea poteſtas, niſi vrgeret mortis periculum; tunc enim potes, & probabiliter eo ſaltem caſu, quo annuæ Communionis præceptum premeret, neq; abſque ſcandalo omitti, neque Superior adiri poſſet ſine graui admodum incommodo, eſſétque excommunicatio occulta (alioqui fieret ſcandalum) abſolues autem cum one-

re; vt cùm poterit, ſe ſiſtat ei, penè
quem propriè eſt poteſtas abſoluendi
ab excommunicatione, promittátque
ſeriò facere ſatis parti læſæ, ſi quæ læ-
ſa eſt.

NVM: VII.

*De indiſpoſitis defectu ſufficientis exa-
minis conſcientiæ.*

CErtum eſt, ad confeſſionem prære-
quiri conſcientiæ examen: cen-
ſetur enim noluiſſe integrè confiteri,
qui ſine eo imparatus accedit. Sufficit
tamen, quod prudentis iudicio mo-
raliter ſufficere videtur, conſideratis
circumſtantiis, ingenii, iudicii, me-
moriæ pœnitentis, temporis ab vlti-
mâ confeſſione interiecti, conſuetu-
dinis peccandi grauiùs aut leuiùs, di-
ligentiæ, vel negligentiæ in excutiendâ
identidem conſcientiâ, conſcientiæ
denique tenerioris, aut laxioris. Si
deprehendis pœnitentem ex graui
culpâ neglexiſſe examen moraliter
ſufficiens, primùm monebis, vt hoc
ipſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN